

2941

LITURGICI.

2942

Monumenta, maxime *Rubricarum* ergo, olim lucem adspiciat.

DCCCXII.

168

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 107. f. per duas columnas eleganter exaratus et rubricis distinctus est *Liber ritualis Ecclesiae Pataviensis Praefule Leonbardo de Layming*, qui ab anno 1423. usque ad annum 1451. sedem occupavit. Eruitur hoc ex Formulis f. 56. p. 2. quibus Presbyteri recens ordinati preces fundere jubentur: *Signanter tamen orabitis pro dyocesano nostro Leonbardo pastore et gubernatore Ecclesiae Pataviensis &c. Etiam orabitis pro Serenissimo Rege nostro Romanorum Rege Sigismundo &c. Signanter orabitis pro Illustrissimo duce Alberto duce Austriae. et pro alijs omnibus ducibus Austriae Stiriae Karinthiae &c.* Initium Codicis facit *Elenchus miniatus Rituum et Benedictionum.* Fol. 10. p. 2. in *Litaniis majoribus* invocantur etiam tutelares Ecclesiae *Valentinus* et *Maximilianus*. A fol. 96. calamo currenti usus est *Librarius*, et posthac in *Consecratione Episcopi* f. 97. p. 2. notari meretur interrogatio: *Vis sanctae salczpurgensi ecclesiae videlicet metropolitanae tuae debitam subiectionem et obedientiam exhibere?* Resp. *Volo.* Formulam hanc *Rituali* rursus insertam fuisse autumem post Bullam *Martini V.* anni 1423. mira instabilitate revocatoriam Exemptionis a se et antecessoribus suis *Sedi Pataviensi*

concessae, neque adeo fortassis invito *Leonbardo*, ut qui infulas *Eberbardo Salisburgensi* deberet, in cujus arbitrium Partes confenserant. Vide hac de re *Marci Hanszii Germ. Sacr. T. I. p. 504.* ubi deinceps p. 538. Codicis etiam nostri mentionem habes.

Praetexta est illi membrana continens mandatum a *Wolfg. de Lytschaw* et *Thoma Zech* presbyteris datum *Henrico Stephano* et *Wilbelmo* scriptoribus *Cancellariae Episc. Patav.* ad petendam iis et eorum nomine a *Leonbardo* Ep. institutionem et investituram, nomine quidem *Wolfgangi* ad Paroeciam *S. Margaretae in Haydenreichstain* a *Fridrico* Rom. Rege Duce *Austriae* jure Patronatus praesentati; nomine vero *Thomae* ad Paroeciam *S. Joh. Bapt. in Seyfrids* a *Michaele* Plebano in *Lytschaw* Patrono illius Ecclesiae nominati. Datum a. 1447. *Indict. X. Die 4. Febr.* Nomina testium erasa sunt. Signum *Notarii Erbardi de Asparn.*

DCCCXIII.

Codex membraneus lat. Sec. 4^o XII. Folior. nunc 79. 4. caractere sat minuto, multisque rubricis distincto *Liturgicus* est, hisque praecipuis constat Partibus: I. *Calendario* ecclesiastico - astronomico, quod non modo ad quemvis diem multorum *Sanctorum* Nomina, sed plerumque verba etiam initialia *Missarum* de iis celebrandarum exhibet, Solis item *Lunaeque* motus, *Cycli*,
Epa-

E e 2

2943

C O D I C E S

2944

Epactarum, Festorumque mobilium notiones et regulas. Ad cuiusvis *Mensis* calcem de eius nomine ex antiquitate *Romana* differitur additis etiam *Poetarum* lo-

*Paulus gesta loquens socios sibi lumina dudum
Conspexisse suos. uocem tamen auribus illam
Non hausisse refert &c.*

qui nec *Aratoris*, nec *Damasi*, nec *Prudentii* sunt. Ad *Februarium* origo Festi *Purificationis*. Ad *Majum* Methodus quaedam superstitiosa evadendi omnia pericula &c. Adhaeret Tabula de *Septuagesima*, *Paschate* et *Adventu* celebrandis, brevis item *Catechesis* de *Oratione Dominica*, *Confessione*, principalibus *Vitiis*, septem *Modis* peccata purgandi, octo *Beatitudinibus*, de *Avaris* et *Gregorio M.* Testimonia de *Poenitentia Salomonis*, *XV.* Signa totidem dierum ante extremum *Iudicium*, quae *Hieronymo* tribuuntur, *Responso Nicolai P.* de *Presbytero uxorato* et *adultero*.

II. fol. 9. sequitur *Missale* non alia inscriptione, quam: *In natali plurimorum patriarcharum.* Oratio. *Deus qui in opere abrahae famulitui humano generi obedientiae exempla prebuidisti. concede nobis omnium patriarcharum precibus ac meritis. et nostrae prauitatis uoluntatem frangere. et tuorum reuerentiam preceptorum in omnibus adimplere.* &c. Ita procedunt *Missae* tam communes quam propriae nullo temporum ordine observato usque ad fol. 14. p. 2. et *Missam In Natali Domini*, a qua deinceps

cis. Occurrunt et alia ad singulos paene *Menses*. Ita ad *Januarium* brevis institutio de Festo *Epiphaniae*, et versus de *D. Paulo converso*:

ordine *Mensium* per totum anni circulum decurrunt. Sanctorum hic minus cognitorum magnus est numerus. Ita inuenias *Annam* *Virg.* *Nicanorem* *Levit.* *Magnericum* *Ep.* *Proiectum* et *Amarium* *Martt.* *Marum* *Ep.* *Brigidam* *Regin.* *Phyleam* *Ep.* *Altonem* *Conf.* *Emitberium* et *Celedonium* *Martt.* *Abam* *Virg.* *Plaudegarium* *Conf.* &c. Habes et *Missam* de *Eductione Domini ex Aegypto*, de *Inuentione Iohannis Bapt.* de *Inuentione Sanguinis Domini* &c. *Germanicae* tamen *Ecclesiae Missale* hoc olim deservisse produnt multa *SS.* *Germanicorum* nomina. *Missis* adnectitur *Benedictio Palmarum*, *Ordo Ferae VI.* in *Parasceve*, *Series* *Orationum* pro diversis necessitatibus. *Missae* *Hebdomadariae*, *Benedictio* *ignis*, *Sequentia Paschalis*, et *Missae* in *Cimiteriis* hanc *Partem Codicis* absolvunt.

III. fol. 58. Absque omni titulo, ab elegantiore manu sequitur duabus columnis *Tonarius Bernonis* *Abb.* *Augiensis*, qui an. 1048. obiit. Edidit *Musicum* hoc *Opusculum* e *Bibl. Vatic.* *Cod. Palatino* collato cum *Admontensi* inter *Scriptores Eccl. de Musica Sacra.*
Cel-

2945

LITURGICI

2946

Celsifs. *Sanblasianus* Abbas *Mart. Gerbertus* T. II. 1784. p. 79. cum *Praef. ad Piligrinum* Archiep. Colon. et *Prooemio*, quae etiam e *Codd. Tegernseensi* et *Mellic.* partim jam a Cl. *Pezio* T. IV. *Thef. Anecd.* P. 2. col. 69. producta in *Cod.* nostro desiderantur, qui statim sic incipit: *Autenticus protus constat ex prima specie diapente et ex prima specie diatesseron superius. Nonanoeane. Primum querite regnum dei. Differentia Prima. Seculorum Amen. Lychanos ypaton. Antiph. Ecce nomen domini. Ant. Angelus domini nuntiavit. Ant. In tuo aduentu erue &c.* Dolendum sane, doctissimum Editorem hujus *Cod.* notitia destitutum eum cum suis conferre non potuisse; cum enim in *Edit.* vix 6. folia conficiat, in *Cod.* ob exemplorum adlatorum abundantiam foliis 21. definitur. Librarius porro membranae parvus cum ad oram inferiorem, tum ad alia spatia vacua adjecit 1^o. *Lectionem de Vinculis B. Petri*, cujus autorem ignoro; incipit vero: *In diebus illis misit herodes rex manus — Quemadmodum sanctus petrus in carcerem missus sit ligatus duabus catenis — audiuit per ordinem dilectio uestra &c.* et finit: *et remunerationem vite perpetue consequamur. Per dominum nostrum &c.* 2^o. Narrationem fabulosam de *Andrea* Apost. *Mattbaeum* Apost. e carcere urbis *Mermidoniae* liberante et populos convergente hujus initii: *Igitur post illum dominice ascensionis nobilem gloriosumque triumphum &c.* 3^o.

Catalogum Pontificum Rom. admodum mendosum usque ad *Benedictum*, qui VIII. est, cum ei addatur: *Qui ordinavit papenbergense cenobium. IIII. Non. ian. 4^o.* Dicta S. *Hieronymo* subposita, cur Horae canonicae cantentur. 5^o demum *Missam in O&. Sancti Jobannis Bapt. &c.*

IV. fol. 78. p. 2. Incipit *epistola bern (onis) augensis monasterii abbatis Ad arbonem (Aribonem) magontium archiepiscopum. de eo qualiter aduentus domini hoc anno celebrari debeat. quando natiuitas domini II. feria euenerit. Initium: Summe dignitatis apice sublimato ariboni archiepiscopo per quem in area domini &c.* Indicata jam *Cod. DCCXCIII.* legitur impressa in *Pezii Thef. Anecd. T. IV. P. 2. col. 39.* In praesenti vero *Cod.* ultima, quae legi possunt, verba sunt: *Quocienscumque natalis domini in II. feria uelut in presenti — —. Ulteriora penitus extrita.*

DCCCXIV.

Codex membraneus lat. Sec. 123 XIV. Folior. 181. f. per duas columnas caractere crasso scriptus, et auro coloribusque picturatus est *Liber Missalis* nulli, ut videtur, Ecclesiae peculiariter proprius. A *Dominica prima Adventus* decurrit usque ad *Festum Corporis Christi*; tum sequuntur *Gloria, Credo, Offertorium, Canon*, cui elegans *Crucifixi* Servatoris icon praemittitur, et in quo post *Papam* et *Antistitem* etiam

E e 3

pro